UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Terræ motus

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…angulis ſecurior ſecundum naturam eſt baſis eorum, …latera habent, quam in æqualia, & quod ex vtroq; com… inæqualium laterum triangulum, tum ſecundum …undum totum, neceſſario ſtabilius conſiſtit, quam in …terum triangulum. *Plut. in Time.*

…rotundam eſſe patet ex Lunæ defectibus, qui non eodem … ſed diuerſo & orientalibus & occidentalibus apparent. …*Tima.*

…umbra, quæ nox vocatur, ſexagies in altum multiplicatur …ra, quam terræ diametros habet. *Macrob. in ſom. Scip,*

…eſt grauis ſimpliciter, quia locus eius eſt remotiſſimus à …quod circulariter mouetur, vt cauſa, quod ignis ſit leuis, …eſt, quod propinquiſſimus eſt circulariter moto, *Auer. …text.102.*

…grauis ſimpliciter, aqua ſecundum comparationem. *…de cæl. text.9.*

…ſuperficies eſt veluti locus naturalis aquæ, in quo ipſa qui… mouetur illis, niſi violenter. *ibid. text.* 31.

…in medio ſyluarum magnarum ſemper habent aerem …ſuffocatum. *Alb. Magn. de nat. loco tract.1.c.13.*

…principio ſuæ creationis cauata vallibus, & eleuata mon… *…de probl. lib.1. tract.2.c.4.*

…arationem aperire neceſſe eſt, quia aliter nec ſemina in …recipit, nec ea, quæ in ſe habet, ſufficienter emittit, quia ſo… ſuperficiei ſuperioris per pondus terræ, per hominum & be… conulcationem, & per imbrium ictus hoc prohibet. *De ve… plant. lib. tract.1.c.4.*

…eſt immobilis, quia cum diſtet à circumferentia, eſt in lo…do, & per frigus fit & grauis, & immobilis, & hæc eſt cauſa …finalis autem, quia terra non participat nobilitatem cauſæ …nobilitatem eius, ſed potius per quietem: ideo ſtatus & …omnium eſt in ipſa. *Alb. Mag. 2. de cæl. tract.41.c.8.*

…virtus terminatiua, & formatiua, & contentiua eſt frigidi… proficiſcitur ex perfecta diſtantia ob orbe, & in centro …, quia in centro eſt maxima diſtantia: ideo terra de… ad centrum, vt ad perfectionem. *Idem in 4. Phyſ. tracta.*

…non mouetur coercita à medio, non quia non eſt aliud … manet ob id terra in medio, quia graue manet in me… terra grauis eſt, ideo manet in medio, *Ariſtot. 3. Phyſic. c.4.*

…eſt in aqua, aqua in aere, aer in æthere, æther in cœlo, cœ… non amplius in alio eſt. *Idem ibidem, cap. nono, textu quadra… ſexto.*

…ex neceſſitate manet in proprio loco, & ex eo violenter …*Ariſt. 8. Phyſ. c.1. text.24.*

…ſi eſſet extra hunc mundum, moueretur ad medium hu… mundi, violenter mouebitur à medio iſtius mundi, ad illud me… naturaliter, & ſi motus eius à medio iſtius mundi ad medium …fuerit, violentus erit motus eius à medio illius mundi, ad me… illius naturalis. *Ariſt. in 1. de cœlo text.77.*

…immobilitatis cauſam aſſerunt Anaximenes, Anaxagoras, Democritus latitudinem eius. *Ariſtoteles in 1. de cœlo, cap.4. tex… 87.*

Terra nunquam cooperta aquis fuit, quia inferiora elementa …materia reſpectu ſuperiorum, & ſuperiora ſunt formalia reſpe… inferiorum, ideo maiorem occupant locum, quam inferiora, … ignis implet totam ſuperficiem concauam Lunæ quæ eſt ma… ignis, quæ eſt minor: aqua cum ſit multũ humida materia… non poteſt implere locum aeris, fluit enim in ſeipſam. *Alb. Mag. …meteor tract.3.c.2.*

Terram nemo principium poſuit, quia propter ſuam groſſitatem magis videtur compoſita ex principiis, quam quod ſit principium, *D. Thom. in 1. de ani lib.5. text* 30.

Terra à Sole calefacta duplicem facit exhalationem, hanc magis …poroſam, illam magis ſpirituoſam: illam vaporem humidi, quæ … in terra, & ſuper terram: hanc ipſius terræ exiſtentis ſiccæ fumo… & harum ſpirituoſam, ſupereminere propter calidum humi… … autem ſubeſſe propter pondus. *Ariſt. meteor.1.ca.1.*

Terræ partes circa centra mouentur motu alterationis virtuti… cœleſtium, quia quum cœleſtia moueant inferiora per radios. … maxima apparet radiorum virtus. *Albert. Mag. in 1. Phyſic. tract. 1. cap.*

Terra nihil patitur à cœleſti motu circulari, quum remotiſſima …, niſi ſecundum alterationem partium eius, *D. Tho. in 1. de cæl. lib. 4. text.11.*

¶ HIEROGLYPHICA.

Quod Cybelem curru veteres inuehi finxerunt, cum eadem & tellus ſit, terræ ipſius libramentum in aere pendentis indicare Lucretius putat:

Hanc veteres Graium docti cecinere Poetæ.
Sedibus in curru biiugos agitare Leones,
Aeris in ſpatio magnum pendere docentes
Tellurem. Io. Pierius Val. Hierogl. lib.42.c.20.

Macrobius tradit Ægyptios per tauri figuram ſignificare terram: propterea quod animal hoc ad rem ruſticam inprimis aptum, atq; neceſſarium eſſe, compertum ſit. Idq; etiam ſacræ literæ teſtantur: nam boues pingues per ſomnium Ioſepho oblati terræ fertilitatem, macilenti vero ſterilitatem portendebant. Præterea ex Romanorum numis antiquiis idem quoq; colligitur, in quibus nihil illis vſitatius, ſi vel terræ fœcunditatem & vbertatem, vel rei frumentariæ copiam, aut coloniarum ac municipiorum deductiones, aut agrorum deſignationes & diuiſiones indicare voluerunt. Ælianus quoq; lib.2. var. hiſt c.53. hoc animal maximi vſus & hominibus vtiliſſimum eſſe ad agriculturæ exercitationem, dicit. Bos igitur vel taurus quem Varro lib.2.c.5. ſocium hominum in opere ruſtico & Cereris miniſtrum appellat, merito terræ ipſius nota hieroglyphica dicatur. Et antiquos à boue aratore Cererisq; ſeruo abſtineri voluiſſe ita ſeuere Varro aſſerit, vt capite ſanxerint, ſi quis talem occidiſſet. *Hier. Collect. lib.6.*

Terræmotus.

¶ DEFINITIO. ET ETYMOL.

TErræmotus. Gr. σεισμὸς, ȣ, ὁ, & cauſatur principaliter à Deo: ſecundario autem à vento impellente alium ventum in terram. *ſec. B. Thom. ſuper Pſ.12. col.6.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICÆ.

Non aqua, aut terra cauſa eſt, ſed ventus terræmotus: cum accidit, vt in eius viſceribus fluat id, quod foras exhalando erumpit. *Ariſt. lib.2. meteor. c.7.*

Plures ac maiores terræmotus noctu exiſtunt: qui autem interdiu, meridie oriri ſolent, quod meridies ſit fere pars diei tranquilliſſima. *ibid.*

Quum flatus aduena, introrſus in terræ caua irrumpens, deinde exitu omni excluſus, intus ſeſe verſando ingenti vi terram quatiat, nequicquam exitum inde quæritans: tum fit naturæ facinus, quod vocamus terræmotum. *Ariſt lib.1. de Mundo, cap.4.*

Terræmotus cauſam Nicolaus Cuſa eſſe dixit, quod terra tremit intus, quo motu & tremore corruant ædificia, cuius cauſam Thales & Democritus in aquam referunt, Anaximenes ſiccitatem, & raritatem terræ cauſam eſſe putauit, Anaxagoras aerem, alii ignem, Stoici humorem, qui in aerem ſuccedit, & excidit, Peripatetici pugnam caloris & frigoris. Nam quum calidum ad ſuperiora contendat, eius aduerſa exhalatio obſiſtat, excitat commotionem. Metrodorus non putat moueri naturaliter, ſed aliquos locos ab aliis impelli. Democritus & Parmenides non moueri terram, quum æqualiter ab omnibus partibus diſtet, ſed ſolum quaſſari. Anaximenes ob latitudinem cubare, alii malunt eam ſuper aquam moueri, non ſecus ac quæ ea latitudine pollent. *Ioan. Picus Mirandul. in exanim. vanit. doctr. gent. lib.1. cap.12.*

Terræmotus ſignum eſt, Solem ſine nube fieri caliginoſum, & obſcurum, & ante matutinos terræmotus aliquando tranquillitatem & frigus forte Solem caliginoſum facit, quia ſpiritus in terram regredi incipit, & diſſoluere & diſgregare aerem, & tranquillitas fit regreſſu introfacto ſpiritus, & magis ante maiores terræmotus, quam enim totus ſpiritus intro fertur, magis quatitur, & frigus fit, quia exhalatio natura calida introuertitur. *Ariſtotel. meteor.2. cap.2.*

Terræmotus ſignum eſt fieri ante ipſum, aut per diem, aut poſt occaſum ſerenitate exiſtente, nubeculam tenuem porrectam velut longitudinem lineæ, & rectitudine exacta ſpiritu marceſcente propter tranſitum. *idem ibid.*

Terræmotus ſignum eſt ſolis eclipſis magna in cauda draconis, quia frigidior eſt in capite. *Albertus Magnus in 3. meteor. tract. 2.c.14.*

Terræmotus ſigna ſunt, frigus, & ſonus, ex motu ſubterraneo: ſequentia ſigna ſunt caligo, tenebræ circa ſolem, & ſtellas. *Albert. de paſſ. aeris.*

Terræ pulſus & tremores, ob ſpititum in ea incluſum fiunt, vt in corporibus noſtris. *Ariſt. meteor. c.1.*

Terræmotum fieri ait Anaxagoras, quia cum æther ſit natus ſurſum ferri, & incidit in concaua terræ quatit eam, quæ ſimpliciter dicta eſt cauſa. *idem ibid.*

Terræmotum fieri ait Democritus, quia terram aquæ plenam exiſtentem, & ſuſcipientem aliam pluuiolam aquam ab hac moueri ait. *ibid.*

Terræmotum ait Anaximenes eſſe, quia terra irrigata, & exſiccata rumpitur, & ab his ruptis verticibus incidentibus concuti. *Ariſt. meteor.2.c.1.*

Terræmotus cauſa, terra, & aqua incluſa, & materia ſunt, patiuntur enim, ſed non agunt: Spiritus autem cauſa eſt, vt principium. *idem ibid. c. 2.*

Terræmotus fiunt ſecundum partem terræ, & ſæpe ad modicum locum: venti vero non ſecundum partem. *idem ibid. 7.*

Terræmotus eſt cum flatus aduenit introrſus in terræ caua, irrumpens, deinde exitu omni excluſus in us ſeſe vertendo ingenti vi terram quatiat, nequicquam exitum deinde quæritans, & horum alii ſunt, qui ad angulos acutos in obliquum quatiunt, qui ἐπικλίνται appellantur, quaſi in tranſuerſum ſeſe agentes, ſurſumque & deorſum ſe ad angulos rectos iactantes, βράσται vocantur à ſimilitudine aquæ efferueſcentis. Atqui labes terræ relinquunt in caua ſubſidentis ab hiatu χασματίαι nominati ſunt. Quæ hiatum hi, qui vi eruptione facta pateſaciunt ῥῆκται id eſt, effractores dicti ſunt. Iam horum aliquid flatum ſecum erupturum rapiunt, alii ſaxa, alii cœnum, alii fontium ſcatebras edidere, quæ antea non erant, ὦσται, id eſt, truſores vocant, qui vno obnixu ſubuertunt, quod impulerunt. Sunt etiam qui quaſi abradi, & vtroq; declinantes, vibranteſq; quod mouerint, ſemper exigunt: ob id παλματίαι hoc eſt, vibratores dicti, efficiunt terræmotum remoueri non ſimilem. Appellantur etiam μυκηταὶ, terræmotus, qui cum mugitu quatiunt. *Ariſt. de mund. cap. 4.*

Terræmotus fit cum ſono, qui eſt diuerſi generis, quia aliquando, ſonus vt aeris inundantis ex multo vento, qui eſt quum cauernæ ſunt magnæ, & vapor non multus, aliquando eſt ſublatiuus, quum vapor per riuulos diſperſus, per partes cum impetu moueri compellitur: aliquando eſt colliſiuus, qui fit quum corpora dura forti vento, ſeſe collidunt ad inuicem: aliquando eſt fractiuus, qui fit quũ vapor detineri non poteſt, ſed quærit exitum. Primus eſt in principio: ſecundus in argumento: tertius in ſtatu: quartus in fine. *Albert. Magn. in 3. meteo. ca. tract. c. 11.*

Terræmotus cauſa materialis eſt, vapor ſiccus, & groſſus valde & terreſtris: efficiens cauſa eſt calor ſolis penetrans in viſcera terræ: locus eſt terra oppilata in ſuperficie *Albert Magn. de paſſ. aer.*

Terræmotus locus oppilatus eſt tribus de cauſis, aut quia eſt non arenoſus, mari tamen vicinus, ita vt fluxus & refluxus ſint ad terminos ipſius, & ſic humido maris oppilatur locus: aut quia pluuiis, multis oppilantur pori: aut quia terra eſt ſaxoſa continua ſaxo *ibid.*

Terræmotus vapor, ſi eſt frigidus minor in loco non aquoſo & terræ multum oppilati pori, eleuabit terram, ita vt videbitur mons, vel collis, & ſi cum impetu non proiicit in alium locum, tunc reſidet egreſſo vapore in toto, vel in parte: ſi multus & ſint aquæ in illo loco, abſorbebit aquas donec reſideat, quod eleuatum eſt, ſi aqua eſt in profundo, proiicit terram, & facit eam apparere. *Alber. Magn. de paſſ. aeris.*

Terræ motus plurimi & maximi fiunt tranquillitate, cum tamē non ſit irrationabile quoſdam fieri flatu exiſtente. *Ariſtotel. meteo. 2 cap. 2.*

Terræmotus maxime fiunt Vere & Autumno in pluuiis, & ſiccitatibus. Æſtas enim & Hyems, hic propter gelu propter æſtum maxime facit immobilitatem. *Ariſt. meteor. 2. ca. 2.*

Terræmotus fortis non ceſſat cito, ſed primo ad 40. dies agitatur: poſterius & ad vnum annum & ad duos dominatur ſecundum eadem loca: & magnitudinis cauſa eſt ſpiritus multitudo, & locorũ figura per quæ fluxerit. *Ariſt. meteo 2. c. 4.*

Terræmotus minus fit in inſulis marinis, quam in iis, quæ ſunt iuxta terram, quia multitudo maris infrigidat exhalationem, & prohibet pondere, & vim infert. Quæ autem inſulæ ſunt prope continentem, pars ſunt continentis, & intermedium propter paruitatem nullam habet virtutem. *idem ibid.*

Terræmotus in ſeptimo climate raro fiunt, quia radii ſolis & aliarum ſtellarum debilores ſunt: in ſexto climate verſus meridiem fiunt terræmotus ſæpe, quia Sol radiis fortibus, in terræ inferiori parte plus eleuat, quam conſumat, & ideo reſtat materia multa ad faciendum terræmotum. *Albertus Magnus in 3. meteo. tract. 2. ca 20.*

Terræmotus rariſſime fit in æſtate, quia calor vehemens prohibet materiam, & in hyeme: quia idem facit vehemens frigus, niſi qualitas loci in contrarium aliquid efficiat. *Alb. Magn. in 3. meteor. tract. 2. c. 9.*

Terræmotus tempore potius ſicco quam humido, ſed per accidens fit etiam tempore humido, quia pori terræ obturantur, & ab humiditate in vnum locum coarctatur de ſeipſo, & ſic fit terræmotus. *Alb. Magn. in 3. meteo tract. 2. c. 9.*

Terræmotum ſequitur frequenter peſtilentia, quia vapor incluſus & luce priuatus, & aere libero habet quaſi veneni naturam ideo animalia occidit, & maxime oues, quæ os ſemper terræ proximum tenent. *Alb. Magn. in meteo. 3. tract. c. 11.*

Terræmotus mouet terram diuerſis modis, aliquando agitat eam à dextris, & ſiniſtris, quod fit à vapore non multo, & lateribus ſpeluncæ fortibus: aliquando ſubuertit terram, quod fit quum ventus primo æqualiter impellit fundum alicuius terræ, donec eleuet ipſum, & cum fuerit eleuatum, tunc impetu magno egreditur ad latus vnum, & ſic voluit terram: aliquando ſcidit terram faci[...] aperturam, quod fit à vapore ſicco calido, quia ſciſſio e[...] citatis: aliquando perforat terram, quod fit à vapore m[...] ſperſo, aliquando mouet motu tremulo, quod fit à vapore [...] liquando mouente, & aliquando non: aliquando facit [...] terræ partem in profundum cadere, quod vel fit ab aqua [...] rodit fundamenta terræ, vt ab igne terram ſubtus com[...] quando mouet motu impulſiuo, quod fit à vapore [...] pellente præcipue ex calore: aliquando inferior pars [...] vehit, quod fit, quum inferior pars terræ ſequitur ipſam, [...] mouet motu depreſſionis & eleuationis, quod à multo [...] teribus fortibus loci accidit. *Albertus Magnus in 3. mete[...] 2. cap. 18.*

Terræmotus, tonitruum & coruſcatio poſſunt d[...] derari modis: primo formaliter vt terræmotus, eſt mo[...] um ſonus factus ab exhalatione: coruſcatio ab exh[...] cenſa, & ſic ſunt diuerſæ ſpecies: ſecundo ex iiſdem g[...] ſic ſunt idem ſpecie, quia ſunt exhalatione ſicca. *D. T[...] teo lib. 6.*

Terræmotus magnus in Lombardia fuit tempore A[...] gni, circa tropicum hyemalem, & maxime medius no[...] bat, & durabat per dies quadraginta ſpatio Et anno [...] picum hyemalem fuit maximus Ferrariæ, qui per m[...] durauit, & multas illius ciuitatis priuatas domos, & p[...] cia deſtruxit, *Alb. Magn. de paſſ. aeris.*

Erramus, ſi vllam terrarum partem exceptam i[...] à terræ motu credimus. Omnes ſub eadem iacent lege [...] immobile eſſe natura concepit. Alia temporibus ali[...] quemadmodum in vrbibus magnis, nunc hæc domus, [...] ſpenditur, ita in hoc orbe terrarum nunc hæc pateſacit [...] illa. Tyrus aliquando infamis ruinis fuit. Aſia duodecim [...] perdidit. Anno priore Achaiam & Macedoniam, quæ[...] vis mali quæ incurrit, nunc Campaniam læſit, Circ[...] quid diu præteriit, repetit. Quædam rarius ſolicitat, [...] dam. Nihil immune eſſe & innoxium ſinit. Non hom[...] qui breuis & caduca res naſcimur: vrbes oræque terrar[...] ra, & ipſum mare in ſeruitutem fati veniunt. Nos tamen [...] manſura promittimus bona fortunæ & felicitatem, cu[...] bus rebus humanis velociſſima eſt leuitas, habituram in [...] dus ac moram credimus. Et perpetua ſibi omnia prom[...] mentem non venit, id ipſum ſupra quod ſtamus, ſtabile [...] *nec. natural. qu. lib. 6. ca. 1.*

Nego quicquam eſſe quietis æternæ, timor ſine rem[...] eſt. Si vultis nihil timere, cogitate omnia eſſe timenda. Q[...] tum eſt, mare horrere, cum ſcias ſtillicidio perire te poſſe? [...] maius ſolatium mortis, quam ipſa mortalitas. Quid ſtu[...] timere nutationem aut ſubitos montium lapſus, cum mor[...] præſto ſit, & vndique occurrat? nihilque ſit, tam exiguum, [...] ſatis valeat in humani generis perniciem? Neceſſe eſt mo[...] que, quandoque. Stet licet iſta humus, & ſe ſuis finibus t[...] vlla iactetur iniuria: ſupra me quandoq; erit. Intereſt ergo [...] ipſa ſe mihi imponat: Diducitur ingenti potentia neſcio [...] rumpitur, & me in immenſam altitudinem abducit. Qu[...] Mors leuior in plano eſt? Quid habeo quod querar, ſi te[...] me vult iacere in ignobili loco? ſi mihi inficit ſui partem [...] Vagellius.

Si cauendum eſt mihi, cælo cecidiſſe velim.

Idem licet dicere, ſi cauendum eſt, cadam orbe conc[...] quia fas eſt optare publicam cladem: ſed quia ingens [...] latium eſt, terram quandoque videre mortalem. *Idem [...] cap. 2.*

De terræmotu Dial. xci.

Franciſc. Petrarch.

Metvs.

Terræmotum timeo. R. Magnum fateor naturæ paren[...] commodum, nec immerito à parentibus ſegregatum, nemp[...] ctis grauius ſed rarius, idq; remedii loco fit: Sæpe quidem [...] fulmen tonitru cœli facies mœſta prænunciat, terræmotu [...] gium nullum eſt. Etſi eum Pherecydes aqua putei hauſta p[...] feratur. Adde quod aduerſus cœli minas aliquod fortaſſe [...] ſubterraneæ offerunt cauernæ, quale illud legitur Auguſti C[...] fulgura metuentis, quod adhuc Romæ via cernitur Flami[...] men ſeruat authoris. Contra terræmotum nullæ ſunt latebræ, [...] fuga, quo enim extra terram fugiat terrenus humuncio [...] fiet ſi & ſupra verticem cœlum tonat, & ſub pedibus terra tre[...] ſi forte quis in pelagus fugiendum dicat, quod & cœleſtis, & ter[...] ſtris varietatis eſt particeps, & ſuis inſuper motibus inquie[...] Non tu mihi remedium das vt ſoles, ſed periculum exag[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tibi viſum iri, & ſic haud dubie ſe res habet. Sunt quæ ...unt & verbis extenuari, & quæ fama terribilia viſa ...nunc tolerabilia, & nunc contemptibilia videantur. ...agitur tale eſt, vt ſua quædam inhumani eloquii ar... vnum eſt ſolamen vt dicebam raritas. V. iſti æta... ...gram terræmotibus vacantem, quo in ſpatio innume... ...non eſt dubium, qui in vita ſolum rei terribilis nomē ...ſum res viſa terruerit, alioqui quem non conſpecta ...vel antiqua illa, vel hæc noua, quorum vel in libris, vel ...um qui viderunt memoria recens eſt. quando & o... ...mq; de motu horrifico & concuſſa Rhodus & nouæ ...ndo maris emerſerunt, & vetuſtæ vrbes Aſiæ duode... ...nonnullæ etiam terræ hiatibus hauſtæ ſunt. Dehinc ...in Achaia Macedoniaque deſæuit. Demum in Cam... ...ſiſſima non Italiæ tantum, ſed totius etiam mundi ...Senecæ ætatem, qui inter quæſtiones naturales rei hu... ...quando & Herculanum, & Pompeios, vrbes tractus ...ſinas, ipſam quoq; Parthenopem ea peſte vexatam le... ...ſta ſequar quæ infinita materia eſt, nuper Alpes aere... ...ra Germanis ſeparant, quorum motus inſolitos Maro ...& multis in locis diſiectas cernere potuiſti. Et conſe... ...ipſam vrbium reginam grauiter agitatam, vſq; ad ruinā ...templorum, aliquot alias humiſtratas, moxque velut ...lorum ordine, Germaniæ partem illam (quæ nobilior ...tam ſcilicet Rheni vallem tremuiſſe, atque in ripis Baſi... ...funditus, & octoginta, eoq; amplius caſtella, vno ſimul ...momento corruiſſe notum eſt. Horrendum plane nego... ...rum terribilium mors teneret. Hanc qui timere deſierit, ...tque eleganter ait Flaccus, *ſi fractus illabatur orbis, ...ferient ruinæ.* Nam quid refert. an in te lapis exiguus ſic ...perimat, an te ingens obruat Apēninus, ſeu potius fra... ...eſt dictum. Si vtrobique nil amplius eſt quam mori, ni... ...ſiam fortaſſe mors clarior videri poteſt, quo maiore ...ſtrumento. Hæc tandem noſtri conſilii ſumma eſt, quan... ...laſ fulmen aliquid diximus eſſe remedii, & vtrumq; vel ...vel cadendo reliquis malis occurritur: contra hoc vnum, ...det, nec ingenium, nec vis vlla, hunc qui vnus horribilia ...ponendum ante omnia metum mortis: aliquando non ...ctu difficilius quam dictu, ſed nequaquam impoſſibile. ...ab hac peſte, nec tempus vllum nec locus immunis eſt, ...cis atque temporibus ad omnium, quæ vel naturaliter, ...euenire poſſunt tolerantium præparandum arman... ...animum, quod niſi virtutis amor, vitiiq; odium acceſſerit, ...quut. Deniq; quoniam non cœlum modo, quod in con... ...eſt, & elementa vndiq; comminantur, ſed terra cui inſi... ...periculorum omnium firmiſſimum præſidium ſpera... ...quoq; concutitur, incolaſq; ſuos fallit ac territat, ad cœ... ...volantibus aſcendendum. Interq; hos rerum motus, atq; ...omnem in illo ſpem habendam, qui reſpicit terram, & fa... ...mere, de quo ſcriptum eſt: Ego dominus, & non mutor. ...in illo veſtigia deuotæ mentis affixerit, iam in ſolido & in ...q; amplius, aut ipſe mouebitur, aut vllos metuet terræ... ...Non poſſum terræmotibus non moueri. R Potes autem ...nem ſpem. atq; omne deſiderium remouere. Hoc fac vt ...caq; vel tremente, vel ruente conſiſtas. Stultum eſt fir... ...tremula ſpem habere.

¶ BIBLICA EXEMPLA.

...motus *exempla*: tempore Oziæ regis, *Amos* 1. *v*. 1. *Zach*. 14. ...pore paſſionis & expirationis Chriſti, *Matth*. 27. 54. tem... ...rectionis Chriſti, 28. *v*. 2. tempore Pauli & Silæ incarce... *Actor*. 19. 26. *vide & Apocalyp*. 6, 12. *&* 8. 5. *&* 8. 5. *&* 11. 13.

Terror.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

...ror, Græce φόβος, ου, ὁ, & φοβέω terreo dicitur. Hebr. *Cheth*, ...*thath Chittah, Chittih Mechittah*, *Chatchath*, à verbo ...*thath*, conſternatus eſt, terrore perculſus eſt, proſtratus ...eſt humi, deiectus eſt in terrum, victus & ſuperatus eſt. ...& terror, *Pachadh*, & *Pacheddah*, à verbo *Pachadh*, timuit, ...valde, territus eſt. Eſt autem terror metus contingens, ex quo ...orem robur: ſic ruborem pallor, & tremor, & dentium cre... ...ſequatur. A terreo fit terror. Eſt enim terrere, timorem a... ...cutere, & quaſi in terram proſternere, quare à terra dictum ...dam volunt. Hinc terrificus faciens, & terribilis, id eſt for... ...atq; horrendus.

¶ LOCI BIBLICI.

Tremor & terror, impiis & peccatoribus à Deo immittitur, *Exo-di* 23. 27. *Deut* 2. 25. *&* 11. 25.

¶ PHILOSOPHICAE ET HISTORICAE. SENTENTIAE.

Terrorem quod incutit, non eſt omnibus idem: eſt enim aliquis ſupra hominem, quod omni homini ſanæ mentis incutit terrorem, atq; hominem non excedunt, atq; magnitudine differunt, eo quod magis vel minus afficiuntur, quæ fortis vir vt homo timebit quidē, ſed vt oportet, & ratio præſcribit, honeſtatis cauſa ſuſtinebit & feret, cum is ſit virtutis finis. *Ariſt*. 6. *Ethi*. *c*. 6.

Terribilia ſupra omnia ſunt terræmotus, fulmina, diluuia, incendia, terræ hiatus, *Euſtr. mor*.

Nec hoſtium paucitatem, nec multitudinem ſuam territi homines ſatis cernunt. *Curtius l*. 5.

Poſt prælium iam conſertum terror obiectus magis quam præſens periculum homines perturbare ſolet. *Thucyd*. *li*. 5.

Aliquoties vanus terror, plus pene veris viribus profuit. *Liuius*, *Decad*. 1. *li*. 7.

Maior ignotarum rerum eſt terror. *Decad*. 3. *li*. 8.

Terror abſentium rerum ipſa nouitate falſo augetur: conſuetudo autem efficit, vt ea etiam quæ horrenda ſunt natura, terrendi vim amittant. *Plut. in Mario*.

Terror hominibus mentem conſiliumq; eripit, & membra debilitat. *Hirtius, de bello Alex*.

Metus & terror infirma ſunt vincula Charitatis, quæ vbi remoueris, qui timere deſierint, odiſſe incipiunt. *Tacit. in agricola*.

¶ FABVLA.

Leo & Rana.

Leo auditis ranæ clamoribus, quos illa toto rictu edebat, quam maximos, primum percelli animo valde cœpit, quod crederet ingentem animantem eſſe autorem tanti clamoris. Animo tamen cōfirmato, certo, circumſpicere, & contra illum clamatorem quiſquis eſſet, ſeſe apparare, & ad pugnam accingere. Cum videt prorepentem ranam de propinquo lacu, ibi leo, ſimul indignatione, ſimul etiam pudore affectus, pede illam conculcatam attriuit.

Docet fabula, non eſſe ad quemlibet ſtrepitum expaueſcendum, neq; nos inexplorata re terreri oportere.

Vide, Metus, Timor.

Teſtamentum.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

TEſtamentum, Græce διαθήκη, ης, ἡ, & διαθέτης, ου, ὁ, teſtator dicitur. Heb. *Berith*, fœdus, pactum, teſtamentum. Cognationē hæc vox habet cum verbo *Carath*, id eſt pepigit, cum quo plerumq; etiam conſtruitur. Vel deriuatur à verbo *Bathar*, diſſecuit, diuiſit per medium. Nam fædera olim fiebant ceremoniis feriendarum ſeu mactandarum pecudum, & fædifragis eiuſmodi exitum imprecabantur fœderati. Fæderum & teſtamentorum diſcrimina in Iuriſconſultorum & Theologorum libris explicantur. Eſt autem teſtamentum proprie, percipiendæ hæreditatis inſtitutio filiis à patre. Ideo primo pertinet ad promiſſiones, ſecundo ad mandata, quæ ſe habent, ſicut via ad conſequendam hæreditatem promiſſam. *Ex B. Thom*. 3. *par*. *qu* 78. *art*. 3.

Teſtamentum dicitur, quod voluntatis noſtræ veluti teſtimonium ſit, vnde vltima voluntas & ſuprema voluntas appellatur. Quare Vlpianus ſic illud diffinit, quod ſit voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod poſt mortem noſtram fieri voluerimus. Teſtamentum falſum illud dicitur, quod non eſt ſecundum teſtatoris voluntatem ſcriptum, ſed habet aliquid additum, vel diminutum, vel mutatum, vel aliud pro alio ſuppoſitum. Irritum autem teſtamentum eſt, quod de iure inualidum, vt ſi is qui teſtatur, ſit capite diminutus, vel ſi alia requiſita defuerint, &c.

¶ LOCI BIBLICI.

Teſtamentum, *Gal*. 4. *v*. 24. *Hebr*. 9. *v*. 1. *&* 13. *Verſ*. 20.

Teſtamentum vetus, *Geneſ*. 12. *Verſ*. 7. *Heb*. 9. *verſic*. 4. 18. 6. *Exodi* 24. *vrſ*. 8. Teſtamentum vetus, ſanguine dedicatum, *Exodi* 24. 8. *Hebr*. 9. 8. Teſtamentum vetus corrigitur. *Hebr* 7. 15. Teſtamentum vetus apud Hebræos in tres ordines diuiditur, in *Torah*, Legem: *Nebiim*, Prophetas: & *Chetubin*, hoc eſt, ſcripta ſiue Hagiographia. Citatur ſecunda illa ſectio veteris Teſtamenti cuius pars eſt Eſaias, *Ioan*. 6, *Verſ*. 45. Teſtamenti veteris repetitio, *Ioſ*. 24.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN